UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto seuerino episcopo. Cap[itulum]. lvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſancto Seuerino abbate. Cap.lvi.

SEuerinus abbas tē-
pore quo Attila rex hunorū defun
ctus eſt: in vtraqꝫ pānonia ⁊ finibꝰ
danubij rebꝰ turbatis: ac inter fili
os eiꝰ ꝓ regno obtinendo initio certamine de
partibus orientis adueniēs in vicinia norici ri
penſis ⁊ pannoniorū paruo oppido: qđ aſtaris
dicit̄: morabat̄: agens angelicā vitā ⁊ tradens
apoſtolicā doctrinā. Hic ſpū ꝓphetie mirabilē
noſcit̄ habuiſſe. Nam ſubuerſionē dicti oppidi
ꝓpter ciuiū peccata dudū ante ꝑdixit: ⁊ ciuibꝰ
eidē illudentibꝰ inde diſceſſit. Quo abeūte die
⁊ hora: quibꝰ ꝑdixerat: oppidū a barbaris ſub-
uerſuz eſt. Inde ad aliud caſtrū: qđ dicit̄ cōma
gonis declinauit: qđ a barbaris intus exiſtēti-
bus: xp̄ianiſqꝫ dominātibꝰ: arctiſſima cuſtodia
ſeruabat̄: nullo īgredi vel egredi ꝑmiſſo. Ipſe
aūt nemīe īterrogāte oppidū ītrauit ⁊ xp̄ianis
intꝰ exiſtentibꝰ ſalutē ꝓmiſit: eiſqꝫ triduanam
penitentiā induxit. Die vero tertio facto matio
terremotu barbari deterrent̄ de oppido fugiē-
tes: ⁊ ſubſidiū ciuibꝰ intrinſecus aduenīſſe pu
tātes: nocte ſupueniēte ſe alterutrū hoſtes exi
ſtimātes mutuo ſeipſos cedebāt. ¶ Ciuitatē fa
uianis: quā fames oppſſerat: eo ꝙ hyemis tpe
danubio congelato victualia nauibꝰ iuxta morē
eodē deferri nō valebāt: oratiōe facta ⁊ glacie
intēpeſtiue reſoluta nauibꝰ victualibꝰ onuſtis
adueniētibus ab inopia liberauit. Cūqꝫ barba
rorū rabies oīa loca occuparet: quocūqꝫ ſctūs
introibat oppidū: illud ab incurſu hoſtiū deus
eruebat. ¶ In caſtello cullulo locuſtas a cun-
ctis: quos repleuerāt agris excuſſit: ſolo agro
vniꝰ ciuis excepto: eo ꝙ ab eo monitꝰ ad eccle-
ſiam vna ſecū: ceteris cūctis ciuibꝰ ad orationē
pergētibꝰ: venire contēpſit. ¶ In iouiaco oppi
do mulierē ſeminecē incolumē tradidit. ¶ Le
proſum de mediolano ſibi adductū a lepra mū-
dauit. ¶ Bonū monachū barbarū natione ab
oculoꝝ infirmitate curauit: ⁊ alia inſignia mira
cula fecit. Diē ſui obitꝰ triennio ante ꝑdixit: ⁊
ſe defunctū inde transferri mādauit: eo ꝙ ciui
tas infeſtatione barbarica fuerat ſubuertēda:
qđ vt predixerat per oīa euenit. Sicqꝫ in mo-
naſterio: qđ ipſe cōſtruxerat apud oppidū nori-
cū ſub rege rugoꝝ feuba in pace qeuit. vi. idus
ianuarij. Corpuſqꝫ eiꝰ: vt mādauerat tranſlatū
eſt mltis miraculis clarēs. Et in caſtello lucul
lano qđ ē italia apđ ciuitatē neapoli ꝑ manū
ſancti victoris epī iuſſu gelaſij pape locatū eſt:
vbi in eius noīe monaſteriū eſt conſtructum.

¶ De ſancto ſeuerino epiſcopo. Cap.lvij.

SEuerinus epiſcopus
neapolitanꝰ fuit: ⁊ frater beati mar
tyris victorini epī pictauioneñ. de
quo dicet̄ in eius feſto quarto noñ. nouēbris.
Qui ſeuerinus poſt multarū virtutum ꝑpetra-
tionem ⁊ ſanctitatū inſignia: qeuit in pace ſan-
ctitate plenꝰ. vi. idus ianuarij. Hec ado.

¶ De ſancta Martiana virgine ⁊
martyre. Cap.lviij.

MArtiana virgo et mar-
tyr ci-
uis in ſuegritana fuit: q̄ veniēs
ceſaream: ⁊ videns in platea ſi-
mulachrū diane confregit. Pro
pter quod a miſtris iudicis de-
tēta: ceſa: ⁊ ad ipm deducta eſt.
Quam iudex in loco publico expoſitam gladia
tori cuidam illudendaz tradidit. Qui dū nocte
ad ipſam ingredi vellet: paries diuinitus ſe in
terpoſuit: ⁊ ne ad eaz accedere poſſet ꝓhibuit.
Tradit̄ ſecūdo ⁊ tertio viris: ⁊ eis ſicut ⁊ p̄mo
ſimilr̄ contingit. Deinde in harena beſtijs ſubij
citur: ꝙ primū leo manſuetus effectus lingere
cepit. Sed de conſilio Bindarij archiſynagogi
iudeorū laxatur ſibi taurus indomitus: qui ocu
lum quidem virginis eruit: quam poſtmodum
leopardus diſcerptam lacerauit. Sicqꝫ imma-
culatum chriſto ſpiritum reddidit. Cuius cor-
pus a fidelibus in ipſa ciuitate ſepultum eſt.
Dū autē archiſynagogus domū rediſſet: igne
celeſti cū omni familia ⁊ domo conſumptꝰ eſt:
que domus nunꝙ deinceps permanere potuit:
ſed in miraculi teſtimonium pluries reparata
ſemper corruit. Paſſa eſt autez virgo chriſti. v.
idus ianuarij.

¶ De ſancto Marcellino epō. Cap.lix.

MArcellinus epiſco
pus anconitanus venerabilis
vite fuit: cuius greſſum dolore
nimio podagra ꝯtraxerat: cū-
qꝫ familiares ſui: ſic vbi neceſ-
ſe eſſet: in manibus ferebant. Quadam vero die
per culpam incurie ciuitas anconitana ſuccen-
ſa eſt. Cumqꝫ vehementer arderet: cucurrerunt
omnes: vt ignem extinguerēt: certatimqꝫ proij
cientibus aquam: ſic flamma excreuerat: vt to-
tius vrbis incendium minari videretur. Cūqꝫ
ignis iam partem vrbis non modicam conſum
pſiſſet: et obſiſtere nullus valeret: deductus in
manibus epiſcopus familiaribus ſe portanti-
bus: precepit vt contra ignem illum ponerent:
quod et factum eſt: et ibidez poſitus eſt: vbi flā
ma ardentius incumberet. Cepit autem miro
modo in ſe incendium retorqueri: ac ſi ſui impe
tus reflexione clamaret: ſe epiſcopum tranſire
nō poſſe. Sicqꝫ flamma illo termino refrenata
in ſemetipſa refriguit: ⁊ vltra cōtingere quicꝙ
edificij non preſumpſit. Quieuit autez in pace
ſanctus epiſcopus. v. idus ianuarij. hec Greg.
primo dialog. cap. vi.

¶ De ſancto Paulo primo here-
mita. Cap.lx.